Off. Miraris forte, Admodum Rev. ac Clariss. Vir, honorande fautor
M. te nullas à me hactenus videisse literas. Nec immeritò;
tua n. in me ingentia merita hoc officii à me postulassent.
Sed fidem excusanti habeas, et negotii Scholastici, et in sup:
privatas, nuptias, amicorum cohortes, incommoditates deferendi
ad vos literas, et à studiis plurimum et ab amicorum
absentia familiari colloquio vel invitissimum hactenus
avocasse. Nolui tamen id diutius differre, adhuc unius
officii à Dno Lic. Swartzio, atq; inductus egregia
occasione, dum Stanislaus quidam Hermannus Polonus
convictor meus homo pter morum gentis probus, candi:
dus et industrius (ob quas dotes commendari T. Exca.
meruit) ad vos tendit. Publica Germa:
nia urbesq; negotia Dno Licent. Swartz: at Gym:
nasia mihiq; privata hic Hermannus explicabunt.
Mei solummodo partes erunt, exponere Exc. T. animum
deditissimum, utq; eidem ob innumera beneficia derivati, ita q;
gratus, in te colendo tuiq; servendo promptum. Id quod
argumentum epistolæ esse cupio. Deus Opt. Sn.
ecclesiæ et illustri Academiæ vræ tuisq; incolumem
diutissime præstet. Utq; illi te animitus precibus
meis commendo, ita tuis tuiq; amicitiæ me commendatum
enicè rogo. Dulcissimam conjugem, ut et Clar.
Dnum Klappenburgium salutari peto.

Brimæ, 6 et 8. d. 19. Januarij

Exc. T. omni off. et amore
addictiss.

Gerh. Meyer. L.

Admodum Reverendo
Cl.mo atq Ex.mo viro
Dno Joanni Coccejo
SS. Th. D. ejusdemq facult.
ar. L. S. meritissimo Pro
fessori fautori ac amico
suo singulariter hono
rando.

Francofurti.